

esset in rerum natura sufficiente. acciperet esse illa conversione ; sed quia habet esse, ideo non de novo accipit esse, & ita diceretur, quod omne illud, quod est terminus conversionis, aut accipit esse, si non esset, ut non esset, ex vi eius acciperet esse, & hoc sufficit, ut aliquid esse possit terminus rüm conversionis, prout dicit transmutatio unius substantie in aliam, tum actionis conversione, ut supra declaratum est n. 296.

Itaque valde notandum est in hoc puncto, quod vel accipitur transubstantiatio pro ipsa conversione formaliter totius unius substantie in aliam sibi succedentem, & in hoc sensu nihil aliud includit, nisi duos terminus a quo, & ad quem cũ ordine successione unius ad aliud in esse substantiali, sive de novo accepto, sive præexistente, non enim magis requiritur novitas in termino conversionis, quam in termino transmutationis naturalis ; in hac autem non necessarium requiritur novitas aliqua in termino ad quem ; dato enim casu, quod Deus produceret albedinem v.g. solitatis existentem, & postea ponat in subiecto, esset ibi transmutatio sine novitate in termino ad quem ; ita ergo pariter potest dari vera, & realis conversio unius substantie in aliam sibi succedentem absque ulla novitate in suo esse substantiali, dum modo ei succedat in esse ex vi definitionis illius ; quod eo vel maxime, & à fortiori dicendum est in proposito, quia transubstantiatio in eo præsertim à transmutatione differt, quod ubi hæc præcipue à termino ad quem specificatur, illa specificatur, & denominatur specialiter substantialis à termino a quo, ut declaratum est supra n. 284. Si verò sumatur Transubstantiatio pro actione conversiva, quia nimirum panis convertitur effectivè à causa transubstantiante, & habet pro termino corpus Christi sub speciebus, potest hæc quoque denominationem actionis substantialis subire, esto per eam corpus Christi non accipiat esse substantiale de novo duplici ratione, primo quia per eam destruitur substantia panis, & deinde quia ea posita necessario per eam producitur substantia corporis Christi, nisi esset ante producta, ut dictum est supra n. 296. quare optima tentio vocatur transubstantiatio, quia est conversio substantie desinentis in substantiam ipsi succedentem, & quidem talis etiam, aut concomitantem habet actionem productivam istius substantie, nisi esset ante producta, quæ doctrina tota deducitur ex Doctore loc. cit. & valde notanda est, quia per eam solvantur omnes objectiones Adversariorum contra Transubstantiationem adductivam, ut constat art. 6. se. pariter ergo ad arguendum propositum, quomodo corpus Christi in Eucharistia succedit definitioni panis ex vi conversionis etiam secundum esse substantiale suum, & non secundum præsentiam tantum esse substantiale suum.

ARTICULUS TERTIUS.

Solvuntur Objectiones contra Transubstantiationem adductivam.

304. In non positum arguitur Primò auctoritate Patrum, qui non semel explicant hanc actionem circa corpus Christi per verba quæ denotant veram productionem, puta per efficere, conficere, fieri, creare corpus Christi, & id genus alia, ut est videre apud Saut. loco citato. Nec sufficit dicere, Patres simpliciter loqui corpus pro toto Sacramento Eucharistico, quod cõtat ex corpore, & speciebus, quod re vera fit, efficitur, conficitur, & creatur sumendo creare lato modo, quia fit in instanti sine ulla oppositione, sicut creatio, Non sufficit inquam, quia Patres explicant semper de conversionibus, quibus terminus ad quem fit conversio, realiter producitur, affertur enim exemplum uxoris Loth in statum salis, Virga Moyfis in Serpente, aqua in vinum in nuptiis Canæ, &c. ergo eorum sensus est, quod etiam in actione, qua panis, & vinum convertuntur in corpus, & sanguinem Christi, terminus ad quem scilicet corpus, & sanguis realiter producantur, verba namque SS. Patrum proprie sunt accipienda, si nullum inde sequatur absurdum ; si enim si explicentur verba illa creatio, & efficitur, poterunt Hæretici alia Scripturæ loca metaphorice, & improptè declarare.

Respondet ex Patribus potius oppositum colligi, non enim dicunt corpus Christi fieri, creari, aut confici, sed dicunt, panem fieri, creari, & confici corpus Christi, quatenus convertitur in corpus Christi, unde non dicunt, corpus Christi materiam, sed panem, & vinum substantiale materiam in ipsum corpus, & sanguinem Christi, quare cum hoc affirmet de pane, & vino non autem de corpore, sequitur, ex mente ipsorum non mutari corpus substantiale. Quod si etiam aliqui dicerent corpus Christi fieri, creari, & confici, ita explicari debent, ut intelligant fieri, & effici sub speciebus præses, quemadmodum in argumento dicebatur, nec est impropria locutio, quia etiam quando species corruptur, dicitur si simpliciter Chelidonium desinere esse in sacramento, quod sufficienter verificatur, eo solum quia præsentia tollitur, & ita Chelidonium desinere esse præsens. Nec illis tandem exempla omnino standum est, quia ut dici solet, non currunt exempla quatuor pedibus, illi itaque Patres utuntur ad declarandum tantum, in hoc mysterio substantiam succedere substantiam, non autem quod oportet, substantiam succedentem nova actione produci, quando jam supponitur existens. Et quado etiam dicitur esse illam esse impropria locutionem, corpus Christi fieri,

ut, & creati in Eucharistia, non esset spernenda responsio, quia D. Bonaventura in 4. sent. q. 6. in corpore questionis docet, verba aliqua experimentum transmutati panis in corpus Christi esse propria ; alia autem impropria, inter quæ connumerat fieri, nam corpus Christi non fit, & sic etiam dicendum est creati, non enim creatur de novo, neque generatur. Neque tandem ob id a sua præbetur Hæreticis, loca scripturæ improprie, & metaphorice interpretandi ; aliud enim est verba verum, & proprium sensum habentia metaphorice interpretari, ut ipsi faciunt, aliud vero in bono sensu explicare verba, quæ sensum litteralem in rigore ferre non possunt, aliquo ipso quoque Adversarij dicere debent, si Christus proprie in Eucharistia per consecrationem creatur, ex nihilo sui fieri, & non existere, hoc enim exigit vocabulum creationis proprie, & in rigore sumptum ; tum quia longe majori privilegio gaudent Loca Scripturæ sacre, quam scripta Patrum, & eorum auctoritates, de quibus hic agitur.

305. Imò Concilia, & Patres potius nostræ sententiæ favere videntur de transubstantiatione adductivam, quam oppositæ de productivam ; desinunt enim veram, & realem præsentiam corporis Christi ad species, & nihil substantie panis manere, sed in corpus Christi convertit, hoc totum melius salvatur per transubstantiationem adductivam, nam productivam, quia ex vi actionis productivæ terminatæ ad esse substantiale alicujus corporis solum habetur per se terminus eius, & ea, quæ in ipso intrinsece includuntur ; præsentia autem ad species non includitur in corpore Christi sub ratione substantie consideratam, quia per actionem, qua de novo producit, reteretur corpus Christi, non haberetur per se hujusmodi præsentia ; sicut nec eam habuit, cum primum accepit esse in utero Virginis igitur nec modo eam haberet ex vi transubstantiationis productivæ, ut sic considerata, sed tantum ex vi ipsius ut adductivæ.

Dices, postea actione substantialis ad corpus Christi terminata, non est necessaria alia actio adductiva ; quare scit quando primum esse accepit in utero Virginis, & sequenter positum est in tali loco absque aliqua adductione, quod novum esse accepit per transubstantiationem productivam, consequenter ponitur in eodem loco ex vi ipsius, ubi prius erat pro nostra sententiâ, quando enim corpus Christi in utero virginis primum esse accepit, consequenter ex vi talis actionis positum est in tali determinato loco ab aliqua adductione, quia ad ductio connotat, & adductum alibi præexistere, requirere enim in casu nostro, quando substantia panis convertitur in corpus Christi, non tunc accipiat esse substantiale omnino primum, ut fecit in utero Virginis, sed fiat conversio in corpus Christi, jam præexistens, plane nequit intelligi, quomodo de novo sub illis speciebus reponatur, nisi sub illis secundum substantiam adductur.

306. Secundo principaliter arguunt rationibus, necessarium esse quod per transubstantiationem substantiam producat, alioquin transubstantiatio non esset, quæ actio substantialis esse debet, & ad substantiam terminatæ, sed nulla alia substantia potest in Eucharistia transubstantiatione produci, nisi corpus Christi, in quod transubstantiatur panis, opus est ergo per transubstantiantem operem productivam corpus Christi sub speciebus, vel saltem conservati.

Confr. actio, qua ponitur substantia in loco, non est substantialis, quia licet adducatur per eam substantiam ad illum locum, & habeat substantiam pro termino, quia adducitur per eam, tamen non producit substantiam per illam nec liquet præter præsentiam, vel Ubi substantie, qua ponitur formaliter in loco ; ergo si nulla substantia producit per transubstantiationem, non potest esse actio substantialis, nec consequenter transubstantiatio. Denique si non reproductur de non substantia corpus Christi, sed solum produceretur præsentia illa, quam habet sub speciebus, jam corpus Christi non esset terminus formalis transubstantiationis, sed illa præsentia præces, quod supra negatum est.

307. Resp. Brancatius loc. cit. quod talis actio adductiva habet terminum substantialem, scilicet corpus Christi adductum, sed replicatum sub speciebus, & supponendum panis destructionem, atque ideo nihil sibi desinere ad salvandum conceptum transubstantiationis, substantiam enim corporis, & sanguinis sub speciebus replicata ita profus se habet, ac si nova esset, novoque esse substantialis ibi existere. Sed hæc solutio in solis verbis consistit, & nihil omnino satisficit, & directe impugnat per confirmationem altam ; non enim actio, qua substantia ponitur in loco, ob illud substantiam dicenda est, quia per eam substantiam ad hunc, vel illum locum adducitur, sicut quæ calefactio ob id dicenda est actio substantialis, quia per eam calefit substantia, nec actio, quia item corpus in pluribus ponitur locis per replicatas præsentias, est actio substantialis, sed merè accidentaliter, ut dictum est in Physica. Ita ex dictis n. 303, neganda est absolute major, quia dari potest vera, & realis conversio unius rei in aliam sibi succedentem ex vi definitionis illius, absque ulla novitate in suo esse substantiali ; unde de facto dum homo nutritur, verè dicitur alimentum converti in substantiam ipsius, licet anima non fiat de novo secundum substantiam, sed tantum de novo uniat materiam, quare Deus aliquid substantiam dicitur esse accipere, eamque ponere sub accidentibus alterius

rius substantie eam expellendo, & destrucendo, hæc mutatio diceretur verè conversio, & transubstantiatio.

308. Ad Conf. respondet rursus Brancatius in conversione adductivæ optime salvari actionem transubstantialem, quia dicimus, terminum formalem ejus esse corpus Christi, non primo productum, sed corpus hinc, unde terminus formalis qui talis actionis est substantia corporis, vel sanguinis, terminus verò concomitans est præsentia eorum. Sed hæc solutio rursus scilicet destruit, quia si terminus hujus actionis formalis est corpus Christi, ut hic jam ipsa præsentia erit terminus formalis talis actionis adductivæ, & corpus Christi præsens sub speciebus, unde non video, quomodo salvetur per hoc, talem actionem esse substantialem, cum nec substantiam, nec modum aliquis substantialis per eam producat, actio autem specificatur à termino per ipsam productam. Hinc aliter respondet Amicus dis. 18. se. 2. n. 116. concedendo, conversionem in ratione productionis consideratam esse actionem accidentalem, quia ut productio formaliter denominatur à termino immediate producto ; ut conversio tamen est substantialis, quia ut conversio formaliter denominatur, non à termino producto, sed ab introducto, quod est corpus Christi succedens accidentibus panis ; & hæc solutio melior est, quia conversionem ipsam formaliter consideratam distinguit ab actione conversivâ, nec unum cum alio confundit.

309. Adhuc tamen clarius respondere potest ex doctrina jam tradita supra n. 301. non solum distingui debere conversionem formaliter sumptam ab actione conversivâ ; sed etiam actio ipsa conversivâ, ut ac distingui debet ab actione productivâ, & adductivâ, nam ista dari possunt sine ulla conversione, aut actione conversivâ, ut ibi demonstratum est ; unde latum patet discrimen inter actionem conversivam ex una parte, & actionem purè adductivam ex alia, quantum ad denominationem actionis substantialis ; quia per illam destruitur substantia, & ea posita necessario producit substantiam, nisi antea esset producta, per alteram, quæ solum res ponitur in loco, non destruitur alia substantia, nec debet produci substantiam, quæ ponitur in loco per illam, si ante non fuisset producta, unde ad argumentum, vel neganda est consequentia, quia si transitus ab actione purè adductivâ ad actionem conversivam ; vel saltem est distinguenda, quia si sermo sit de actione adductivâ, gratis conceditur consequentia, quod non sit actio substantialis, nec transubstantiatio ; si vero sermo sit de actione conversivâ, negatur consequentia, nam vocari potest actio substantialis, etiam transubstantiatio, quia est conversio substantie desinentis in substantiam ipsi succedentem ex vi talis definitionis, & quidem taliter iam, ut concomitantem haberet actionem istius substantie productivam, nisi esset ante producta.

Ad ultimum distinguendum est consequens, si namq. transubstantiatio sumatur, quatenus habet rationem productionis, seu actionis productivæ, gratis conceditur, quod corpus Christi non est terminus formalis eius, sed sola ipsius præsentia ad species, quia ipsum non est terminus formalis productus ; si vero sumatur, quatenus est conversio formaliter, hoc est, hanc conversionem substantiam in aliam, negatur, quod corpus Christi succedens sub speciebus panis non sit terminus formalis, & specificativus ipsius, modo iam superius explicatum n. 30.

310. Tertio arguitur, verba consecrationis habent, quantum est, de se sufficientem virtutem producendi corpus Christi, adeo quod si non existeret in rerum natura, aut corruptum esset, virtute consecrationis reproductur in sacramento, alio modo suo efficiunt effectum, ac si non existeret, ergo producat, nam nequit reddi ratio, cur causâ cum virtute, & applicatione sufficienti non operetur.

Confirmatur, quia in sacramentis novæ legis verba efficiunt realiter, quod significant, sed per se hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, significat, sub speciebus panis adesse corpus, & sub speciebus vini adesse sanguinem Christi, ergo realiter ibi per hujusmodi verba producat, Tandem, quia sic melius salvamus universum efficaciam in omnibus sacramentis, & per actionem productivam melius salvatur, quod verba efficiunt, quod significant.

Respondet Gavarij, negando antecedens, quia verba consecrationis de se nullam habent vim supra corpus Christi, sed solum ex ordinatione divina, quatenus per eam institutum est, ut prolata transubstantiatur in corpus Christi, quod debita intentione, panis corpus Christi non existeret in Cælo, nec alibi, incertum est, an verba haberent vim ad producendum illud in Eucharistia, cum præcisè certam sit, ipsa fuisse à Deo instituta, ut ipsis probatis ad ductionem corpus Christi sub speciebus. Sed quævis verè sit, verba consecrationis de se, & ex natura sua talem vim non habere, sed tantum ex ordinatione divini magistri tam rectè dicitur, inserti esse, an vim haberent producendi corpus Christi in Eucharistia, si alibi non existeret, solum de facto instituta sint ut ipsis prolatis adducatur corpus Christi sub speciebus, etenim non semel Patres talem, & tantam efficaciam verbis consecrationis adscribunt ; Quare melius

Melior in Quart. Sentent.

est respondere juxta dicta superius n. 269. verba consecrationis directe non habent, nisi virtutem verificandi, orationem consecrationem, quam componunt, & hæc verificatio eo ipso quod ponitur corpus Christi sub speciebus, sive id fiat per novam ejus productionem, sive per simplicem adductionem, atque ideo indiget solum habere virtutem producendi corpus Christi sub speciebus, si alibi non existeret, quatenus ubi nunc, quia corpus jam existit, movet tantum Deum ad illud hæc adducendi sub speciebus, si Christus alibi non existeret, movet, Deum ad illud hæc producendum ad illud, ne productiva ; quare neganda est consequentia ejus ejus probatione.

Ad Confirmationem negatur sequela, nam ad proxim verborum sufficit, quod ex vi ipsorum ponitur corpus Christi à Deo sub speciebus, sive id fiat per actionem productivam, sive adductivam, quod significant eo ipso, quod per illa realiter ponitur corpus Christi sub speciebus. Ad ultimum negatur assumptum, nam verba efficiunt moraliter suum effectum, sicut cetera sacramenta ; eo ipso, quod Deum movet ad ponendum corpus, & sanguinem sub speciebus, autem hoc facit Deus per actionem productivam, vel solum adductivam, parum refert, quia quæcumque actione fiat Christus præsens sub speciebus, eo ipso verba verificantur.

311. Sed infat, quia in cæteris sacramentis verba ita significant, recipi gratiâ in suscipientibus, realiter illam producat, ergo à pati de corpore, & sanguine Domini. Tum quia etiam verba illa efficiunt veram etiam per actionem adductivam, saltem non efficiunt realiter, quod immediate significat, cetera rationem significationis, cuiusmodi sunt prædicta verba ; nam per auctores a Theologia adductivæ ponitur Christus sub speciebus consecratus, quia in illo producat tantum, aut modus aliquis substantialis, vel accidentaliter, aut pura præsentia ad species, ut uno ad eandem earum conservatio, quæ tamen immediate verba non significant, sed immediate significant ipsum corpus, & sanguinem Christi ; ergo hæc debent produci, ut sint verum signum prædicatum.

Resp. uniformem efficaciam sacramentorum in hoc consistere quod sicut cetera sacramenta efficiere dicuntur gratiam in suscipiente, quatenus moraliter movent Deum ad ponendam gratiam in illo, ita etiam verba consecrationis efficiere dicuntur, quod significatur, quatenus movent Deum ad ponendum corpus, & sanguinem Christi sub speciebus, non autem in eo consistit, quod sicut Deus ad præsentiam aliorum sacramentorum producit realiter gratiam in suscipiente, ita ad prolationem verborum consecrationis producat corpus Christi sub speciebus, atque namq. producit realiter in suscipiente de novo, quia non præexistebat, corpus Christi præexistit, & ideo nove productionis non est capax, cum productio simpliciter sit non esse simpliciter ad esse simpliciter. Ad Conf. negatur assumptum, quia verba significant corpus Christi hic præsens, scilicet, sub speciebus, & hoc totum moraliter efficiunt eo ipso, quod Deum movent ad ponendum illud sub speciebus, sive hoc faciat Deus per actionem productivam, sive adductivam tantum, ut supra dictum est.

312. Quarto arguitur, actio de qua agitur, est conversio substantialis, nam ex Trid. sess. 13. c. 4. & c. 2. est conversio totius substantie panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, ergo est actio productiva corporis, & sanguinis Christi sub speciebus ; Consequentia probatur, quia non est alius terminus ad quem prædicatæ actionis, ut productio est, & ut conversio est ; sed conversio habet pro termino ad quem corpus, & sanguinem Christi, ergo etiam ut productio est, ergo est actio productiva corporis, & sanguinis Christi ; Major in qua consistit tota difficultas, probatur, quia prædicta actio non est alia realiter, aut conversiva, & ut productivæ, ergo eundem terminum realiter habere debet, atque ideo si ut conversiva habet pro termino ipsum corpus, & sanguinem Christi ; etiam, ut productiva. Tum quia convertens convertendo producit non enim insuit nisi virtute conversivâ, ergo qui est terminus ad quem conversionis, est etiam simul productio. Tum tandem quia si esset alius terminus ad quem prædicatæ actionis, & ut productivæ, & ut conversivæ, posset poni, & exerceri tantum ut productiva absque eo, quod converteret, quod est manifestè falsum.

Resp. rursus in hoc argumento fallaciam committi, quia actio conversiva confunditur cum conversione ipsa formali, & consequenter terminus conversionis confunditur cum termino actionis conversivæ, sive productivæ sit, sive adductivæ, qui est manifestus error in Philosophia, ut dictum est n. 300, quia conversio fit formaliter considerata non est actio alicujus termini productivæ vel adductivæ, sed est præcisè mutatio, vel versio totius unius substantie in aliam, & nihil aliud includit, quam duos terminos cum ordine successione unius ad alium, & ex vi definitionis alterius, & non includit, quantum est ex se, ullam actionem productivam, nam hæc actiones sine ulla conversione exerceri possunt, ut si adduceretur corpus Christi sub speciebus, manente substantia panis, vel si aliquid aliud produceretur absolute in esse, & non per conversionem alterius in ipsum, quia etiam ratione ipsa quoque actio conversivâ, ut sic, distingui debet ab ipsa actione productivâ, & adductivâ, quia sicut ista sine ulla conversione



exerceri possunt, ut diximus, ita etiam sine ulla actione conservativa. Hac itaque supposita doctrina ad argumentum propositum negatur affirmatio formaliter loquendo, sicut enim in transmutatione actio transmutativa ab ipsa transmutatione distinguitur, quia haec intrinsece solum respicit materiam, formam, & privationem, non autem agens; ita & actio conservativa ab ipsa conversione distinguitur debet, quia haec intrinsece solum respicit substantiam desinentem, ut terminum quo, & eamque vi illius succedentem, ut terminum ad quem, non autem agens; si vero sumatur conversio pro actione, quia una substantia convertitur in aliam a causa transubstantiantis, ut concedimus, esse actionem substantialem, tunc ex parte termini quo, quia per eam destruitur una substantia, ut in proposito substantia panis; tunc ex parte termini ad quem, quia nimirum per eam vel producitur terminus ad quem, scilicet substantia succedens, si antea non existeret, vel falsi est, ut per eam produceretur, nisi esset ante producta, quare cum inferatur, quod sit actio productiva corporis Christi, distinguendum est consequens, quod sit productiva vel actualiter, vel saltem virtualiter, & equivalenter; in quo sensu gratis concedimus, esse corpus Christi productivam; quia si non existeret alibi, utique per eam produceretur. Ad probationem consequentia dico, quod actio conservativa non semper concomitantem habet actionem productivam, quia etiam per solam adductivam exerceri potest, quando primo modo exercetur, concedo eundem esse terminum illius actionis, ut productio est, & ut conversio est, quia tunc terminus formalis productus coincidit cum termino formalis, & specificativus conversionis formaliter sumptis in ratione mutationis, aut variationis totalis unius substantiae in aliam; quando autem exercetur secundo modo, negatur, tunc eundem esse terminum actionis illius, ut productio est, & ut conversio, quia tunc terminus formalis per eam productus est sola substantia corporis Christi sub speciebus, ut de facto contingit; terminus autem formaliter, & specificativus illius, quatenus conversio est formaliter, est ipsa corporis Christi substantia sub speciebus adducta succedens definitioni panis; praesentia vero est terminus eius concomitans, quia accidit actioni conservativae ut sic, quod per solam adductionem exercetur substantia succedens, nam etiam quantum est ex se, exerceri posset per actionem de novo productivam substantiae succedens, si antea non existeret.

Ad primam probationem majoris nego, actionem conservativam, ut sic esse realem eandem cum productiva, nam actio conservativa exerceri potest sine nova productione substantiae succedens, ex vi definitionis alterius, ut quando fit conversio in praesentem, & e contra actio productiva sine conservativa, ut aliquid absolute produciatur in esse substantiale, & non per conversionem alterius in ipsam, ut dictum est n. 301.

Ad secundam probationem dico, quod convertens convertendum producit substantialem, quando conversio exercetur per actionem productivam substantiae succedens, ex vi definitionis alterius; sed quando exercetur per solam actionem adductivam, tunc non habet pro termino formali productum, nisi solum praesentiam substantiae succedens, ad huc tamen in ratione conversionis formaliter sumptae debet dici substantialis, quia versatur inter substantias; & in ratione actionis conservativae debet dici substantialis, quia licet per actionem adductivam annexam solum accidens producat, actio tamen conservativa, quantum est ex se, talis, & tantum est efficacia, ut per eam produceretur substantia succedens, si antea non fuisset producta.

Ad tertiam probationem gratis concedit, actionem conservativam exerceri posse sine actione productiva substantiae succedens, ex vi definitionis alterius, & e contra actionem productivam exerceri posse sine conversione unius substantiae in aliam, ut supra dictum est.

313 Quinto arguitur, per solam adductionem, vel actionem adductivam, re vera non explicatur conversio substantialis, & transubstantiatio, sed solum translocatio quadam; ergo mysterium hoc non bene explicatur per adductionem solum, sed addi quoque debet alia actio substantialis, quae sit productiva de novo, vel saltem conservativa corporis Christi sub speciebus. Confr. quia actio importans conversionem totius substantiae panis in corpus Christi non est praesice adductiva, quia adductio alicuius substantiae potest intelligi vera alicuius substantiae conversio in illam, talis autem est transubstantiatio, de qua loquimur; ergo non est adductiva. Tandem hoc Sacramento non constat, esse sola praesentia, sed ex substantia corporis Christi praesentis; ergo verba consecrationis non solum debent habere vim ad efficiendam praesentiam, sed etiam efficiendam substantiam praesentem debito ordine, substantiam nempe primario, praesentiam vero consequenter.

Respondendo concedendo totum argumentum, neque enim nos dicimus transubstantiationem importare sola actionem adductivam, quia haec dari potest sine ulla conversione, sed dicimus, importare destinationem unius substantiae, & actionem conservativam ejusdem in aliam succedentem, & quidem talis efficacia, ut concomitantem habere actionem productivam ipsius substantiae, nisi ante producta autem, & hanc appellamus transubstantiationem ad-

ductivam, non autem solum actionem adductivam.

Ad Confr. pariter concedimus, conversionem panis in corpus Christi non importare solum actionem adductivam, sed etiam aliam vere conservativam unius substantiae in aliam, modo nunc explicato, quoque duo actiones ab invicem separari possunt, ut jam dictum est. Ad ultimum concedimus, etiam verba consecrationis non solum habere vim ad efficiendam praesentiam corporis Christi sub speciebus, sed etiam ad efficiendam substantiam ipsam, si antea producta non esset, adeo ut talis conversio non solum sit adductiva, sed etiam productiva substantiae corporis Christi saltem virtualiter, & equivalenter, modo jam explicato n. 296, ex Scoti quod. 10. n. 1.

Dices, si esset aliqua actio substantialis, quae productiva, vel conservativa substantiae corporis Christi deberet esse talis, quae per se sufficeret ad producendam illam substantiam, etiam ante productionem non esset, ergo debet per se esse independens a priori productione; sed talis de facto non datur, quia corpus Christi de facto non est in Eucharistia, nisi dependenter a seipso, quatenus est extra Eucharistiam; ergo non bene salvatur substantialis actio, quae de facto datur per talem vim productivam in actu primo, & virtualiter.

Respondendo in sententia Doctoris existentia corporis Christi non pendet intrinsece, & formaliter ab existentia ejusdem corporis in alio loco, atque ideo superius diximus n. 270, potuisse hoc sacramentum institui, quoque ante mysterium Incarnationis, etiam eundem rationis cum Instituto in Eucharistia, nisi dependenter a seipso, corpus Christi de facto non esse in Eucharistia, nisi dependenter a seipso extra Eucharistiam, hoc solum verum est de conversione, & actione conservativa, quatenus de facto annexam habet actionem adductivam, non autem in ratione actionis conservativae ut sic, quia talis ratione independens est a priori productione.

314 Sexto arguitur, esse salvatorem praesentia sacramentalis corporis Christi absque productione illius, non tamen salvatorem elementa sacri, quia sacrificium petit, ut id, quod sacrificatur, producat substantialem, & sic etiam definit, ita ut alibi non existeret, totaliter deleveret esse; sed corpus Christi sacrificatur, & offertur in hoc Sacramento, ergo &c.

Confr. mat. eo modo terminus prior convertitur in terminum posteriorum, quo terminus posterior succedit termino priori, ergo si terminus posterior, scilicet, corpus Christi succederet, panis eundem esse hic tantum, & secundum suam praesentiam, terminus prior, scilicet, panis solum secundum suam praesentiam, converteretur in corpus Christi, & ita eius conversio non esset appellanda transubstantiatio, inest, tamen substantia in substantiam, neque conversio transubstantialis, licet enim substantia succederet, non tamen secundum esse substantiale, sed tantum accitente, scilicet, secundum praesentiam. Denique si quid oblatet, maxime esset, quia semel productum non potest rursus reproduci, quamvis existeret; sed hoc non obstat, quia potest res semel producta, ut corruptura, a Deo reproducitur, etiam si existit, & consequentia probat, omnes enim actiones probantes possibilem reproductionem rei jam praesentis; probant etiam possibilitatem eandem, dum rei actu existit, & ratio a priori est, quia quilibet effectus continetur in Dei potentia modo infinito, unde in ordine ad essendum habet quandam infinitatem sine generatione, secundum quam potest pluries, & pluries produci ad extra.

Respondendo negando maiorem eum eius probatione, neque enim in lege veteri, cum in sacrificia fiebant, de novo pecudes creabantur, sed ad rationem sacrificii sufficit, ut aliquid Deo offeratur, & postea fiat.

Ad Confr. mat. quae est ratio quadam Scoti 4. disp. 11. qu. 4. ut. O. valde implexa, & ibi declaratur ab Hiquo, & ad hunc sensum adducitur iuxta ibidem in praedicta a Doctore, negandum est antecedens absolute sumptum, quia non currit eade paritas de termino a quo conversionis, & de termino, ad quem eiusdem, quia ut constat ex dictis n. 1. huius questionis ad veram, & realem conversionem requiritur definitio termini a quo simpliciter, non tamen incipit terminum ad quem simpliciter, & ratio disparitatis est assignata n. 284, neque absolute loquendo requiritur novi casus in termino conversionis ad quem, sicut neque in termino ad quem transmutationis naturalis, ut dictum est n. 303, nam de facto, dum homo nutritur, vere dicitur alimentum converti in substantiam ipsius aliti, licet antea non de novo fiat secundum substantiam, sed tantum de novo uniat materia; sicut ergo in tali casu ad huc dicitur vera mutatio substantialis, quia licet forma substantialis nunc non de novo producat, talis tamen modo in materia facienda ut introductione eius forma praecedens expellatur; ita in proposito etiam quavis corpus Christi de novo esse non incipiat, adhuc tamen est vera, & realis conversio substantialis, quia tali modo corpus Christi introducit sub speciebus panis, ut ex vi talis praesentiae expellatur, & destruitur substantia panis, & tali actione conservativa ponitur ibi, ut ex vi ipsius accipiet etiam esse simpliciter corpus Christi, si jam non praesisteret; quia ratione dicendi est, corpus Christi succedere panis de se, non tantum secundum esse hic, sed etiam secundum rationem substantialem.

talem, ut doctor ibidem immediate supra docuerat, iuxta quae am doctrinam Hiquo ex Scoti rationem ibidem declarat, & ad bonum sensum reducit.

315 Ex qua doctrina satis constare potest, Auctorem Controversiarum inter Scotistas part. 2. cont. 18. hanc Scoti rationem non intellexisse, nec eam de doctrina jam traditam de hoc puncto disp. 11. Phys. q. 9. cit. nec denique in quo sensu defendat Scoti rationem de Transubstantiatione adductivam, cum Doct. loc. cit. putat enim, nos dicere, transubstantiationem esse praesice adductionem corporis Christi sub speciebus, quod omnino falsum est; dicimus enim, importare destinationem unius substantiae, & actionem conservativam ejusdem in aliam succedentem, & quidem talem, quae substantiam succedentem de novo produceret, et quidem talem, quae substantiam convertive dicimus esse annexam actionem adductivam, ratione cuius substantia succedens in esse est vi actionis conservativae, dicitur succedere in eodem loco, ubi erat substantia iam conversa, & hoc esse, quod Doctor loc. cit. quod transubstantiatio secundum modo dicta, scilicet, adductiva includit mutationem quandam ad simplicem praesentiam circa terminum ad quem, ratione cuius bene potest terminus ad quem esse in eodem loco ubi praesuit terminus a quo; & quibus verbis significat Doct. transubstantiationem non dicere solam actionem adductivam, licet illam habeat annexam, & non esse conservativam, quia per hanc terminus ad quem non ponitur, ubi non erat; nec productivam, quia cum corpus Christi praesistat, non potest iterum reproducere substantialem, sed adductivam quatenus habet mutationem annexam, ratione cuius corpus Christi ponitur sub speciebus, sub quibus erat substantia panis; aliud autem est dicere, conversionem panis in corpus Christi esse transubstantiationem adductivam; aliud vero esse actionem adductivam praesice, ut intelligere videre praefatus Auctor communem Scotistarum opinionem.

326 Ad ultimum negatur minor, ad cuius probationem negatur consequentia rursus cum eius probatione, quoniam enim corruptum possit a Deo reproduci, actu tamen existentis producti non potestur, ut instituto demonstratum est disp. 5. de Gen. & Cor. qu. 8. quia quilibet generatio, seu productio substantialis ex suo formalis, & intrinseco conceptu est a non esse simpliciter ad esse simpliciter, atque ideo nequit effectus, dum actu existit, reproducere, & distinctio illa, quam Adversarii ad hanc rationem adducunt, adhibere solent, de duplici productione prima, & facta, & pariter de duplici esse substantialis primo, & secundo, ex proflo est disp. 11. Phys. qu. 9. n. 10. Intantum vero dicitur quilibet effectus infinites late in potentia creatoris, quatenus infinitus possit illos destrueri, & rursus eosdem reparare, non vero quia possit eos esse saepius reproducere, quando adhuc existunt, ob implicitam iam iniuniam; ex qua doctrina rursus patet, quod, quando dixi disp. 5. de Gen. & Cor. qu. 8. n. 18. 6. ob rationem esse altam probatum esse transubstantiationem Eucharistiae esse adductivam tantum corporis Christi sub speciebus, non autem productivam, ut Doct. innuit 4. d. 11. q. 3. li. n. 1. & quod. 10. li. n. 1. H. potest inquiri, ut clarior me ibi locum esse, sicut, & loquitur. Doct. de transubstantiatione ponitur ad Adversarios, & actualiter terminum producentem, quibus locum de actione productiva solum virtutis, & ibi disputamus, non autem de actione productiva solum virtutis, & equivalenter, ut mihi impingit Auctor citatus in ea cont. 18. ex prava dictionum meorum intelligentia, quae tamen adeo clara sunt, ut a Tyrone quolibet scillim me capi possint, quod etiam causa fuit, ut quaedam alia me ibidem dicta impugnet, ac extorreat doctissimi P. Fabri, quam impugnationes hic recitare, & examinare non vacat, quia non alio refertur fundamento, nisi in prava intelligentia Auctorem, quos refert, quod est satis familiare est: Et quavis conel. 3. terminus est ex se, esse productivam, ut nos quoque diximus supra n. 2. huius questiois n. 295, attamen non bene eam declarat, & defendit, quia nil aliud addendo semper manet in robore difficultatis ibidem infinita, quam passim Adversarii obijciunt, hunc dictionem modum non sufficere ad explicandam naturam transubstantiationis Eucharistiae, quia non assignat terminum ad quem conversionis actus, sed requirit tantum conversionem autem Eucharisticam cum actuali, requirit terminum ad quem actus; unde ad eam difficultatem tollendam ea sententia defendi debet iuxta modum a nobis assignatum loc. cit. n. 296.

317 Postremo arguitur non potest intelligi, quomodo Christus qui est in Caelo, possit per solam actionem adductivam poni in Terra sub speciebus panis non transiendum per medium, nam praesentia localis solum potest per motum localem produci, vel restitui in re alicuius producta, sed corpus Christi non ponitur in hoc Sacramento per motum localem, ut omnes admittunt, ergo necessario ponitur per reproductionem.

Confr. quia non est possibile, idem corpus replicare in pluribus locis per solam adductionem, sed necessario requiritur ejusdem substantialis reproduco, si enim Deus velit Petrum Romae existentem replicare Venetiis per solam productionem Ubi Veneti in ipso, vel tale Ubi ponitur in eo existente Romae, vel Venetiis.

talem, ut doctor ibidem immediate supra docuerat, iuxta quae am doctrinam Hiquo ex Scoti rationem ibidem declarat, & ad bonum sensum reducit.

315 Ex qua doctrina satis constare potest, Auctorem Controversiarum inter Scotistas part. 2. cont. 18. hanc Scoti rationem non intellexisse, nec eam de doctrina jam traditam de hoc puncto disp. 11. Phys. q. 9. cit. nec denique in quo sensu defendat Scoti rationem de Transubstantiatione adductivam, cum Doct. loc. cit. putat enim, nos dicere, transubstantiationem esse praesice adductionem corporis Christi sub speciebus, quod omnino falsum est; dicimus enim, importare destinationem unius substantiae, & actionem conservativam ejusdem in aliam succedentem, & quidem talem, quae substantiam succedentem de novo produceret, et quidem talem, quae substantiam convertive dicimus esse annexam actionem adductivam, ratione cuius substantia succedens in esse est vi actionis conservativae, dicitur succedere in eodem loco, ubi erat substantia iam conversa, & hoc esse, quod Doctor loc. cit. quod transubstantiatio secundum modo dicta, scilicet, adductiva includit mutationem quandam ad simplicem praesentiam circa terminum ad quem, ratione cuius bene potest terminus ad quem esse in eodem loco ubi praesuit terminus a quo; & quibus verbis significat Doct. transubstantiationem non dicere solam actionem adductivam, licet illam habeat annexam, & non esse conservativam, quia per hanc terminus ad quem non ponitur, ubi non erat; nec productivam, quia cum corpus Christi praesistat, non potest iterum reproducere substantialem, sed adductivam quatenus habet mutationem annexam, ratione cuius corpus Christi ponitur sub speciebus, sub quibus erat substantia panis; aliud autem est dicere, conversionem panis in corpus Christi esse transubstantiationem adductivam; aliud vero esse actionem adductivam praesice, ut intelligere videre praefatus Auctor communem Scotistarum opinionem.

326 Ad ultimum negatur minor, ad cuius probationem negatur consequentia rursus cum eius probatione, quoniam enim corruptum possit a Deo reproduci, actu tamen existentis producti non potestur, ut instituto demonstratum est disp. 5. de Gen. & Cor. qu. 8. quia quilibet generatio, seu productio substantialis ex suo formalis, & intrinseco conceptu est a non esse simpliciter ad esse simpliciter, atque ideo nequit effectus, dum actu existit, reproducere, & distinctio illa, quam Adversarii ad hanc rationem adducunt, adhibere solent, de duplici productione prima, & facta, & pariter de duplici esse substantialis primo, & secundo, ex proflo est disp. 11. Phys. qu. 9. n. 10. Intantum vero dicitur quilibet effectus infinites late in potentia creatoris, quatenus infinitus possit illos destrueri, & rursus eosdem reparare, non vero quia possit eos esse saepius reproducere, quando adhuc existunt, ob implicitam iam iniuniam; ex qua doctrina rursus patet, quod, quando dixi disp. 5. de Gen. & Cor. qu. 8. n. 18. 6. ob rationem esse altam probatum esse transubstantiationem Eucharistiae esse adductivam tantum corporis Christi sub speciebus, non autem productivam, ut Doct. innuit 4. d. 11. q. 3. li. n. 1. & quod. 10. li. n. 1. H. potest inquiri, ut clarior me ibi locum esse, sicut, & loquitur. Doct. de transubstantiatione ponitur ad Adversarios, & actualiter terminum producentem, quibus locum de actione productiva solum virtutis, & ibi disputamus, non autem de actione productiva solum virtutis, & equivalenter, ut mihi impingit Auctor citatus in ea cont. 18. ex prava dictionum meorum intelligentia, quae tamen adeo clara sunt, ut a Tyrone quolibet scillim me capi possint, quod etiam causa fuit, ut quaedam alia me ibidem dicta impugnet, ac extorreat doctissimi P. Fabri, quam impugnationes hic recitare, & examinare non vacat, quia non alio refertur fundamento, nisi in prava intelligentia Auctorem, quos refert, quod est satis familiare est: Et quavis conel. 3. terminus est ex se, esse productivam, ut nos quoque diximus supra n. 2. huius questiois n. 295, attamen non bene eam declarat, & defendit, quia nil aliud addendo semper manet in robore difficultatis ibidem infinita, quam passim Adversarii obijciunt, hunc dictionem modum non sufficere ad explicandam naturam transubstantiationis Eucharistiae, quia non assignat terminum ad quem conversionis actus, sed requirit tantum conversionem autem Eucharisticam cum actuali, requirit terminum ad quem actus; unde ad eam difficultatem tollendam ea sententia defendi debet iuxta modum a nobis assignatum loc. cit. n. 296.

317 Postremo arguitur non potest intelligi, quomodo Christus qui est in Caelo, possit per solam actionem adductivam poni in Terra sub speciebus panis non transiendum per medium, nam praesentia localis solum potest per motum localem produci, vel restitui in re alicuius producta, sed corpus Christi non ponitur in hoc Sacramento per motum localem, ut omnes admittunt, ergo necessario ponitur per reproductionem.

Confr. quia non est possibile, idem corpus replicare in pluribus locis per solam adductionem, sed necessario requiritur ejusdem substantialis reproduco, si enim Deus velit Petrum Romae existentem replicare Venetiis per solam productionem Ubi Veneti in ipso, vel tale Ubi ponitur in eo existente Romae, vel Venetiis.

non primum, quia tale Ubi necessarium est alligatum spatio Veneco neque secundum quia jam ante productionem illius Ubi Petrus Venetiis existeret, restat ergo ut replicetur Venetiis per veram reproductionem substantialem ejusdem; atque ita ibidem est dicendum de corpore Christi in Eucharistia, Tandem, non potest corpus Christi hoc Ubi in Sacramento recipere, nisi prius in hoc Sacramento existat; cum omnes, quod in aliquo loco agitur, vel patitur, praeponeatur prius natura in illo existere, hoc agitur, vel patitur, per quam actionem sit Christus existens in hoc Sacramento, & speciebus realiter indistans, ut possit hoc Ubi recipere, & cum hac non possit esse adductio, nec productio novi Ubi, ut probatum est, restat, quod sit productio, aut reproductio Corporis Christi sub speciebus.

Resp. negando assumptum, aliud enim est loqui de motu locali, qui ut includit totam realitatem motus, non potest fieri ex uno loco in alium distantem, nisi per medium aliud de actione adductiva, per quam res non mutat priorem locum, sed retento priore simul constituitur in alio distante, unde non est transitus de loco in locum, sed est simplex productio novae praesentiae localis.

Ad Confr. rationem negatur assumptum, quia ut ex professo ostendimus disp. 11. Phys. q. 9. si corpus, vel Angelus poneretur a Deo in pluribus locis, id fieret per simplicem adductionem producendo plura Ubi in eadem re, & eam accidentiter replicando in pluribus locis, non vero per replicationem substantialem ejusdem rei, seu iterata productionem illius in pluribus locis; ad probationem assumpti etiam ibidem responsum est in terminis n. 143, quod dato illo casu tunc Deus Petrum Romae existentem poneret Venetiis per solam productionem Ubi Veneti in ipso, & tale Ubi produceretur in Petro Venetiis existente in aliquo priori natura fundamentaliter tantum, non formaliter, quae responsio adhuc magis explicatur disp. 5. Gen. & Cor. qu. 8. n. 186, ubi etiam diximus, idem argumentum profusum modo fieri posse, dum Petrus de uno loco ad alium migrat, puta de templo in plateam, talis namque praesentia ad plateam, vel producitur in ipso existente in templo, vel platea, &c.

Ad ultimum patet per idem, sicut enim praesens unio inter materiam, & formam non resultat, nisi prius forma supponatur in materia recepta, & existens, sed in illo priori natura non dicuntur unita formaliter, sed tantum fundamentaliter, quia formalitas denominationis sumitur a respectibus in posteriori signo, & instantibus, ut patet de duobus albis ad hoc, ut dicantur formaliter similia; ita in proposito Christus in Caelo existens replicatur sub speciebus in Sacramento per productionem talis praesentiae in eo prius natura existente sub speciebus fundamentaliter, non formaliter, de quo argumento vide plura loc. cit. & apud Gavatum disp. 4. qu. 7. cap. 2.

318 Itaque ex hactenus dictis constat, quomodo in sententia Doctoris defendi potest, conversionem Euch. quando de facto datur, esse productivam, non formaliter, & actualiter, sed virtualiter, & equivalenter, in sensu jam explicato art. praecedenti n. 296, nam in sensu, quo eam tradit Scoti supra citata n. 316, defendi non potest, quia iuxta illum dicendi modum non salvatur, conversio nem Eucharistica, fieri actu ex vi verborum, sed tantum possibile esse ex vi verborum, quatenus virtutem habent movendi Deum ad producendum corpus Christi sub speciebus, nisi jam esset productum; hoc autem non sufficit ad salvandam veritatem conversionis Eucharisticae, ut Patres, & Concilia de ea loquuntur, & dicunt enim, verba consecrationis actu convertere, & actu transubstantiare panem in corpus Christi, ad quod necessarium est, ut actu in illud influant, nec sufficit, quod tantum habeant virtutem influendi, ut ait Auctor ille loc. cit. ubi etiam mihi falso imponit, quod negaverim disp. 5. de Gen. & Cor. qu. 8. n. 185, verba consecrationis habere virtutem sufficientem producendi corpus Christi, si alibi non existeret; legatur textus, & detegatur impostura, quoniam enim dixerim, verba non habere directam, nisi virtutem verificandi orationem consecratoriam, quae componuntur ad tamen, indirecte habere talem virtutem, quatenus si corpus Christi non esset in retu natura, ad prolationem verborum produceretur, sed quia modo praesistit, talis virtus impeditur, non ergo simpliciter, & absolute talem virtutem denego verbi consecrationis, sed solum dico, quod eis directae non conveniunt, non est autem idem, non habere illam virtutem absolute, & non habere directam.

319 Deinde constat etiam ex dictis art. praecedenti n. 297, quo sensu etiam in sententia Doctoris potest admitti transubstantiatio Eucharistica per modum novae consecrationis, in sensu nimirum, quem Doctor innuit quod. 10. li. L. nam talis conversio optime defertur a potest, eo, scilicet modo, quo vermis de se non diceretur in Solem substantialem convertitur, & Sol vero diceretur illi succedere in esse, si Deus profectur Solem conservare in esse ex vi definitionis vermis alii ipsum non conservaturus, hoc enim modo aliquid converti potest in praesentem ex Scoti loc. cit. & admitti transubstantiatio in illud, non quidem per modum novae consecrationis, sed novae consecrationis, ut dictum est loc. cit. Sed contra hunc dicendi modum obijcit ille Auctor cont. 18. cit. ex eo sequi, quod tacta prima consecratione non posset amplius per consecrationem panis converti in corpus Christi, nam Deus etiam dato,



quod non fiat secunda consecratio, vult suum corpus conservare in esse ex vi prima consecrationis, cum ergo Deus non conservet suum corpus in esse ex vi secunda consecrationis, quia illa non existente adhuc erat idem corpus conservaturus, sequitur juxta hanc doctrinam, non posse panem converti in corpus Christi.

Sed qualis & quanta sit hujus argumenti energia, & sui Auctoris intelligentia ex ejus textura, & modo loquendi colligi potest, dum inquit, quod Deus vult suum corpus conservare in esse ex vi prime consecrationis, & ex vi primi decreti, quo decrevit semper suum corpus conservare, ut patet ex hoc modo loquendi idem proferus apud ipsum sonat Corpus Dei, & Corpus Christi, quod an sit bene theologice dictum, judicet quilibet etiam parum in Theologia versatus, non enim propositionis illa, quae interdum per communicationem Idiomatum proferri possunt, debent simpliciter, & absolute proferri in communi modo loquendi, ut absolute verum in seipsis, & quavis Ecclesia folemniter celebrat festum corporis Christi, non tamen corporis Dei; Sed his securilibus dimidiis, ad argumentationem negatam consequentiam, quod facta prima consecratione, ex vi cuius conservaretur Deus corpus Christi in Eucharistia, non possit rursum illud conservare ex vi secunda, & tertia consecrationis, & aliarum sequentium, quia consecratio in ordine ad conversionem panis in corpus Christi non exercet causalitatem nisi moralem, quavis autem respectu ejusdem effectus plures cause physice totales dari non possunt, plures tamen morales non repugnant juxta dicta dicitur. Phis. q. 3. art. 2. n. 68, & superius dicitur de baptis. n. 60. & 65. & q. 9. huius dicitur. art. 2. n. 212.

Denique constat ex dictis n. 299. quomodo sententia de Transubstantiatione adductiva sit magis de mente Scoti, & magis congrua ad explicandum huius mysterii sacramentum, ut de facto est institutum; & nihil urget, quae contra eam obijcit praefatus Auctor contr. 18. cit. concl. 2. quia hanc Transubstantiationem non dicimus consistere in pura, & nuda additione corporis Christi sub speciebus, ut patet ex dictis paulo superius n. 315.

QUESTIO DECIMATERTIA.

An de potentia absoluta possit corpus Christi esse praesens speciebus panis, manente adhuc panis substantia, & verborum veritate.

320 Huius etiam questionis discussio ad exactam transubstantiationis notitiam necessaria est, quae duas habet partes, ut ex eius titulo constat; prima est, an simpliciter, & absolute loquendo, & sine ullo respectu ad verba consecrationis possit fieri praesens corpus, & sanguis Christi speciebus panis, & vini, manentibus eorumdem substantiis; Secunda est, an etiam id fieri possit manente verborum veritate; quam plures enim primum concedunt, sed secundum omnino negant.

Quoad primam questionis partem nonnulli Thomistae ex sola praesentia Christi corporis sub speciebus absentia substantiae panis colligentes cum D. Th. q. 75. ar. 2. opinati sunt, etiam de potentia Dei absolute omnino repugnare, corpus Christi verum, & reale sub speciebus panis, & vini esse eorumdem substantias sub illis remanentibus; Alii vero putant, Christi quidem absolute posse fieri praesentem in sacramento, manente adhuc substantia panis, non tamen fore praesentiam eiusdem rationis cum illa, quam nunc habet in Eucharistia, quibus ex Recentioribus subscribere videtur Averfa q. 3. sect. 6. Communior tandem opinio absolute concedit, fieri posse ut Christus, salva manente panis substantia, habere praesentiam sacramentalem ejusdem etiam rationis cum illa, quam nunc habet, quod etiam docuit Scotus 4. dist. 10. q. 1. & d. 1. q. 3. quem omnes ferè Recentiores sequuntur. Quo vero ad alteram questionis partem Thomistarum rursus, quos in hac parte omnes ferè Recentiores sequuntur, putant, absentiam panis omnino colligi ex verbis consecrationis, afferunt consequenter, salva eorum veritate, non posse substantiam panis sub ejusdem accidentibus remanere; Scotus verò de contr. loc. cit. cum omnibus suis nedum absolute censet, non repugnare, substantiam panis, & corporis Christi sub istis speciebus simul remanere, sed etiam salva veritate verborum consecrationis, non quidem veritate praedicta, quam modo habent ex institutione Dei, & Christi, cuius virtute ea propositio est conversiva de facto, sed veritate speculativa, quae est ex instituto humano, & nullius facti, ut clarissimè infra patebit, explicando Scoti sententiam.

ARTICULUS PRIMUS.

Questionis Resolutio quoad primam partem.

321 Dicendum est, absolute loquendo fieri potuisse, ut Christus salva manente substantia panis haberet praesentiam sacramentalem ejusdem rationis, quae nunc est praesens eisdem speciebus. Est Scoti loc. cit. cum omnibus Scottistis, & communis inter Recentiores, & probatur, quia in hoc nulla assignari potest repugnantia, nec ex parte ipsarum rerum, seu terminorum, id est, corporis Christi, & substantiae panis, nec ex parte mutationis, aut

actionis, per quam sit illa praesentia; non quidem ex primo capite, quia non repugnat, unum corpus fieri alteri praesens in eodem loco per mutam penetrationem; ergo neque repugnat fieri praesens sacramentaliter; tum quia etiam nunc de facto quantitas corporis Christi est in tempore praesens quantum fieri panis; ergo eodem modo substantia corporis Christi praesens fieri potest substantiae panis, cum hic non sit major difficultas, quam ibi, non enim est magis impossibilis substantia substantiae, quam quantitas quantitati, cum omnis in eo impossibilis substantiarum in eodem loco ad quantitate praesentiam ortum ducat; tum tandem quia substantia Angeli per solas naturae vires potest fieri indivisibiliter praesens substantiae panis, ergo etiam substantia corporis Christi per absolutam ipsius Dei potentiam. Sed neque ex secundo capite ulla repugnantia potest assignari, scilicet, mutationis, aut actionis per quam sit talis praesentia, quia duae actiones partiales hic intelligi possunt, ut ait Scotus loc. cit. aut mutatio, una privativa, quae panis substantiam definit, altera positiva, quae corpus Christi fit praesens; haec autem actiones non sunt essentialiter connexae, & ad se invicem separari possunt; ergo corpus Christi potest fieri praesens speciebus, sine panis destinatione, sicut vicium panis sine praesentia corporis Christi designare potest. Conf. quia de facto non fit praesens corpus Christi in hoc sacramento formaliter per destinationem panis, cum enim hec sit negatio actionis conservativae, non potest esse corporis formalis ratio essendi hic, sed per actionem positivam producentem, vel melius adducentem corpus Christi sub speciebus panis; sed haec ipsa terminari potest ad corpus Christi sub eisdem accidentibus, non corrupta panis substantia; ergo fieri potest praesens sacramentaliter manente substantia panis; minor probatur, quia substantia panis ad hanc actionem non occurrat, nisi ut terminus ad quo positivae, quae, id est intrinseca talem actionem non variat, cum extrinseca tantum, & connotative ad ea coneurat, ut scilicet ad pari eadem foret actio creativa sanguinis, sive corruptio, five manente embryone, & eadem foret actio eductiva formae ignis, five manente, five corrupto termino ad quo positivo; Quare si corpus Christi fiet praesens speciebus, manente substantia panis, intrinseca, & formaliter esset eadem actio, quae nunc est, & solum connotaret diversa, quia non connotaret positionem panis, defectu cuius connotatio non diceretur conversio. Ex quo tandem deducitur, quod etiam foret praesentia ejusdem rationis cum illa, quam habet nunc in Eucharistia, haberet enim omnes intrinsecas conditiones, quae nunc habet, quae praesentiam sunt tres; una est, quod corpus Christi ita sit praesens sacramento, ut non amittat praesentiam in Caelo; altera, quod sit indivisibiliter praesens, id est, totus in toto, & totus in qualibet parte, ut in eadem tandem, quod intinsece, & inseparabiliter sit praesens cum accidentibus panis, quae autem conditiones possent habere manente panis substantia; & hoc solum esset defectus, quod tunc accidentia panis non essent sine subiecto, vel si essent sine subiecto non tamen distarent ab illo; quod omnino per accidens se habet ad praesentiam corporis Christi, quare non impeditur, quin adhuc esset ejusdem rationis; ita hanc conclusionem cum a Scoto probat Suarez d. p. 49. sect. 1. Becanus c. 18. q. 1. & alii Recentiores passim.

322 Resp. Aversa loc. cit. per Christi praesentiam sacramentalem ita substantiam panis excludit, ut nec etiam de potentia absoluta possit relinquere sub suis accidentibus, sicut antea erat, licet possit alio modo ad Deo conservari, & inquit, ratione adducta probare solum, substantiam panis non excludi per praesentiam Christi localem, quod ultro concedit, non tamen probat, quod non excludatur per sacramentalem, quae quidem non respicit spatum, sed ipsa accidentia panis, quae vis enim corpus Christi sit in loco speciebus, non tamen est sub speciebus, ut in loco, sed per praesentiam sacramentalem; quod ita explicat, quia per hanc praesentiam constituitur Christus sub ipsis accidentibus, non quidem eo modo, quo is suberat substantia panis per modum subiecti sustentando accidentia; qui potius opposito modo, quo fit ut accidentia avellatur ab ipso subiecto, cui inerant, & dissolvatur unio inhaesiva, quam cum illo habebant, sicut quae per se existentia, eo quod sit talis modus praesentiae, & unionis Christi cum accidentibus, ut non compatiantur simul eodem modo naturalis unionis accidentium cum suo subiecto; per hanc ergo accidentium avulsionem excluditur substantia panis de sub ipsis accidentibus, & consequenter etiam definit quia sine accidentibus conservari non potest, & deinde itaque substantiam panis excludi per praesentiam corporis Christi, non quidem localem, ut bene probat argumentum pro nostra sententia adductum, sed per praesentiam sacramentalem jam expl. scilicet, etiam in ordine ad potentiam Dei absolutam, quia cum tali modo praesentiae, & unionis inter corpus Christi, & species est prorsus impossibilis naturalis modus unionis, & inhaesivus eorumdem accidentium cum suo subiecto; fateretur tamen, posse ad Deo substantiam panis, quae de facto excluditur de sub accidentibus suis, vel sine accidentibus, vel cum aliis consimilibus, in eodem loco conservari, quia in hoc nulla repugnantia apparet de possibili.

323 Sed gratis omnino dicitur, modum sacramentalem praesentiae & unionis Christi cum accidentibus esse talem, ut secum non compatiantur etiam de potentia Dei absolute modum naturalis unionis ac-

nis accidentium cum suo subiecto, nam supra 4. 10. art. 2. jam conclusum est cum Scoto 4. dist. 10. q. 6. concl. 4. inter species, & corpus Christi nullam physicam intetcedere unionem, nec formalem, nec effectivam, sed solum realem, & inseparabilem praesentiam, quae Christus est indivisibiliter praesens speciebus, quae indivisibilis praesentialis non ab aliqua forma unionis physica debet detineri, neque ab aliquo naturali, & necessario vinculo, sed solum a divina voluntate, quae decrevit, corpus Christi esse intinsece praesens speciebus, quousque esse specierum retinent, non ergo esse aliquid actionis physicae definit substantia panis, quae corpus Christi fiat praesens accidentibus panis, quia ex natura rei nulla est physica in eo possibilitas inter corpus Christi sub speciebus contentum, & substantiam panis, sed aut ex sola Dei voluntate, ut ait Doct. 4. dist. 11. q. 4. s. ad quest. aut ex ipsa verborum veritate, non quidem speculativa, sed practica, ut iam instituta est in huius sacramenti institutione. Deinde si semel conceditur, posse substantiam panis simul conservari cum corpore Christi sine unione cum accidentibus, adhuc tamen cum intima praesentia sub illis, quae bene habemus intantum, quod ad huc corpus Christi praesentiam sacramentalem haberet sub speciebus simul cum substantia panis, & quidem ejusdem rationis cum ea, quam nunc habet in Eucharistia, quia haberet tres illas conditiones jam enumeratas, quae sunt de eius intrinseca ratione; quod enim substantiam panis remanere sub accidentibus, vel per simplicem indefectam, vel etiam cum unione ad illa omnino per accidens se habet ad praesentiam sacramentalem corporis Christi nec obstat potest, quin adhuc in eo casu esset ejusdem rationis. Hoc Suarez d. p. 49. sect. 1. & d. p. 50. sect. 6. Coninch. ar. 4. sub. 5. concl. 3. & alii Recentiores cum Scoto loc. cit. concedunt, substantiam panis ex vi praesentiae, quae in hoc sacramento Christus existit, non formaliter excludi, ita quod non solum de potentia absoluta Dei, sed etiam ex natura rei abstracta ab efficacia, & veritate verborum, possit in sacramento existere Christus cum eadem illa praesentia, quam nunc de facto habet, non excludendo substantiam panis, quia non existit modo quaevis, sed in stat subiectivis spiritibus, qui modus existendi non excludit aliam rem ab eodem loco.

324 Dices cum Amico d. p. 18. sect. 6. per hoc non salvari naturam physice conversionis, quae in eo a morali distinguitur, quod physica per intrinsecam, moralis per extrinsecam duntaxat incompossibilitatem opponitur termino ad quo, conaturalior autem modus, & magis proprius conversionis est, ut per intrinsecam incompossibilitatem terminus ad quem convertatur in se terminus ad quo, alioquin si sola extrinseca agens voluntas ad conversionem sufficeret, corruptio lapidis ex sola Dei voluntate connexa cum productione Angelis, esset conversio lapidis in Angelum.

Resp. negando ad veram, & propriam conversionem requiri semper physicam connexionem inter destinationem termini ad quo, & positionem termini ad quem, & per intrinsecam incompossibilitatem unius cum alio, ad hoc enim etiam sola morali connexio sufficere potest, ut dictum est q. 12. art. 1. n. 286. ubi etiam illam instantiam concessimus, si Deus velit, Angelum produci ex vi destinationis lapidis, & quod etiam hoc totum concederetur, & aliqua incompossibilitas ex natura rei admittetur inter substantiam panis, & corpus Christi sub eisdem accidentibus, adhuc per hoc non convinceretur, quod simul esse non possint per potentiam Dei absolutam; hoc enim impossibilitas sola naturalis terminorum impedire non potest, sicut patet de qualitatibus, & formis oppositis, quae naturaliter se excludunt, & tamen a Deo simul conservari possunt; gratias tamen concedimus, quod si corpus Christi fiet praesens speciebus simul cum substantia panis, hoc utique non fieret per actionem conservativam, quae modo intervenit, sed per actionem prae adductivam corporis Christi sub speciebus panis; nam haec ipsa actio adductiva, quae modo convertivam comitatur terminari potest ad corpus sub eisdem accidentibus, non corrupta panis substantia, & esset eadem formaliter, & intrinsece, quae nunc est, & connotative tantum diversa, quia non connotaret destinationem panis, defectu cuius connotatio non diceretur conversio, nec actionem convertivam habere annexam.

325 In oppositum arguit Thomista, quia ad veritatem huius sacramenti spectat, ut in eo verum corpus Christi existat, quod ibi ante consecrationem non erat, sed non potest fieri de novo ponitur corpus Christi, nisi per conversionem panis in ipsum; ergo &c. Minor probatur, quia quod incipit esse alicui praesens, ubi ante non erat, aut sit praesens per motum localem, aut per novam productionem, aut per conversionem alterius in ipsum; sed Nova potest fieri praesens in Eucharistia per motu localem, aut per novam productionem, ut supra dictum est quest. praeced. ergo necessario debet fieri praesens per conversionem panis in ipsum. Confirmatur quia Patres perpetuo pro ratione praesentiae corporis Christi in Eucharistia adduxerunt conversionem substantiae panis in illud, quod praesentiam ex Damasc. colligit lib. 4. c. 14. ubi ait, corpus Christi esse in hoc sacramento, non quod ipsum ex Caelo descendat, sed quoniam panis, & vinum transeunt in corpus, & sanguinem eius. Denique non tantum Patres, sed Ecclesia ipsa in Conc. Lateranensi cap. Filii, et de summa Trinitate pro causa

praesentiae hanc conversionem adducit, cui postea Concilia Florentinum, & Tridentinum subscripserunt.

326 Resp. negando minorem, loquendo de possibili, esto de facto ita coingat, ad probationem negatur maior, quia potest agens increatum ponere corpus aliquod, ubi antea non erat, per simplicem mutationem acquisitivam ab eo; ulla deperditiva, & ab eo; ulla conversione alterius in ipsum; atque ita Christus in eo casu potest fieri praesens intrinsece per actionem accidentalem, sive per actionem adductivam, per quam nihil acquiritur panis praesentiae; ratio est, quia praesentia, quam Christus nunc habet in Eucharistia est modus realis, & accidentalis, ut supra dictum est, atque ideo per se primo actionem realem terminare potest, quare sicut nunc de facto quasi secundario producit in sacramento, cessante substantia panis per actionem adductivam, quae tunc concomitatur actionem convertivam, ita per se primo produci potest per eandem, manente substantia panis, & nulla interveniente actione convertiva, Ad Confr. ex Patribus, & Conciliis conversionem panis in corpus Christi pro ratione & causa esse praesentiae sacramentalis adducentibus, dicendum est, aliud esse loqui de conversione, vel actione convertiva, ut scilicet aliud vero loqui de conversione, ut annexam habere actionem quoque adductivam, ut de facto contingit in conversione Eucharistica; nam ubi conversionis, ut sic, terminus ad quem non necessario ponitur ubi erat antea terminus ad quo, ut dictum est quest. praec. ar. 1. n. 288. ex Scoto quol. 10. sub lit. L. & N. ubi proinde inquit, quod absolute loquendo & panis possit esse sine huiusmodi praesentia, & possit dari talis praesentialis sine illa panis destinatione, ut autem conversio annexam habet quoque actionem adductivam, utique ratione istius actionis annexae potest terminus ad rem esse per illam, ubi praesentia terminus ad quo, & hoc est, quod ait Doct. dist. 11. quest. 3. infra N. ubi inquit, quod transubstantiatio productiva non est, terminus ad quem esse non praesentia, sed transubstantiatio adductiva includit mutationem quandam ad simplicem praesentiam circa terminum ad quem, & ratione istius bene potest, inquit Doct. terminus ad quem esse per illam, ubi non praesentia, totum supra notavimus, 301. Quando ergo Patres, & Concil. dicunt, conversionem panis in corpus Christi esse causam praesentiae eiusdem sub speciebus, loquuntur de conversione, & transubstantiatione panis in hoc sensu, ut nimirum includit actionem adductivam concomitantem, ratione cuius praesentia panis; non vero de conversione, prout includit destinationem panis, quia absolute loquendo definitur potest sine tali praesentia, quoniam vero actio adductiva non essentialiter connexa est cum conversione, seu actione convertiva, ideo diximus, ex vi ipsius posse in praefato casu corpus Christi fieri praesens sub speciebus manente panis substantia.

327 Deinde arguit, quia per eandem actionem, per quam ponitur corpus, & sanguis Christi in hoc sacramento, definit substantia panis, & vini in illo; ergo implicat, poni in hoc sacramento corpus Christi, manente panis substantia, probatur assumptum, quia substantia panis, & vini est terminus ad quo conversionis, per quam ponitur corpus, & sanguis Christi in hoc sacramento, ergo per eandem actionem, per quam ponitur hic corpus, & sanguis Christi, definit esse substantia panis, & vini, consequenti probatur, quia per eandem actionem, quae ponitur terminus ad quem, definit, & recedit terminus ad quo, ut patet in generatione substantiali, quae cum sit essentialiter transitus ad privationem ad formam, non importat duplicem actionem, sed unam, quae fit transitus de non esse formae ad esse formae. Confr. quia si actio, quae in hoc sacramento ponitur corpus Christi, non est eadem, sed diversa ab illa, quae definit panis, vel talis actio praesens, & formaliter sumpta est conversio, vel non; hoc secundum dici nequit, quia tunc corpus Christi non poneretur formaliter per conversionem in sacramento, quod est contra fidem; si primum, habetur adhuc intantum, quod per eam actionem praesens sumptam, quae ponitur corpus Christi, definit substantia panis. Denique corpus Christi sub speciebus necessario expellere debet substantiam panis ratione modi accidentalis superadditi, quo constituitur praesens speciebus, sive sit praesentia de praedicatione ubi, sive modus aliquis unionis cum speciebus, est enim talis natura, ut secum non compatitur modum naturalis unionis cum suo subiecto, ut dicebat Averfa.

328 Resp. huius argumenti solutionem cum eius consistit, pendere ex solutione illius difficultatis; An panis esse definit ex vi actionis, quae corpus Christi ponitur sub speciebus; in qua difficultate Thom. affirmant ob argumentum adductum. Alii vero dicunt panem quidem definire ex vi alicuius actionis positivae, non tamen illius, quae corpus Christi ponitur sub speciebus, quia substantia panis, & substantia corporis Christi non repugnant formaliter, & intrinsece propria physice repugnantia, nec in ordine ad locum, ubi sunt species sacramentales, nec in ordine ad ipsas species, non in ordine ad locum, quia praesentia localis corporis Christi in hoc sacramento talis est, ut sit modo indivisibilis, & consequenter, ut non expellat inde aliam substantiam ex natura sua, imo nequam quantitatem, ut contingit de facto; nec etiam in ordine ad species, quia